PSALMI. GLOSSA ORDINARIA
Österreich, 12. Jh. Seite 1v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25960
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Diapsalmata numero lxxv. Cantica graduum
numero xv. Psalmus primus nulli assignatus est quo
omnium est. Deinde quis alius intelligitur in primo nisi
primogenitus. ut merito inscriptio necessaria non fuerit
Deinde quia ipse psalmus xpi mentionem facit. & ad
uersus xpm exponendo personam inscribendi causam
omnino non habet. Ordinem hystorie immutatum le
gimus. & in titulis psalmorum. s; psalmi non secundum hysto
riam s; secundum prophetias leguntur. ita ordinem psalmorum
turbare non potest ordo titulorum. Psalmi omnes qui scri
buntur ipsi dd. ad cristi pertinent sacramentum quo dd
dictus est xpc Quid sit psalterium. ut psalmi quare dicantur

PSALTERIUM EST. UT. HIE
ronimus ait in modum delte litere. formati
ligni sonorosa concauitas. obsessum uentrem in sup
ioribus habens. ubi chordarum fila religata disciplina
liter plectro percussa suauissimam dicuntur reddere can
tilenam. Huic autem cythare posicio uidetur esse con
traria dum quod ista in imo continet. illud conuersa uice
gestat in capite. Hoc autem genus organicanorum
atque singulare aptatur corpori domini saluatoris. quo
sic de altioribus sonat. sic & illud gloriose institutio
nis superna concelebrat sic ipse in euangelio dicit.
Qui est de terra de terra est & de terra loquitur. qui autem de celo uenit